III.

23. Duæ vel tres vocales, extra infinitum in IER, cum derivatis, & nomina à Latinis in JOSUS, deducta, concurrentes, in unam ſyllabam contrahi debent, ut: Rox Rex, beau pulcer.

IV.

24. Duarum literarum ejuſdem ſpeciei concurrentium, altera quieſcit, & altera denſatur parum, ut: aage ætas, belle puælle egregia virgo.

V.

25. Literæ hæ quinque: D, L, P, S, T, in medio conſonantem antecedentes, dictionemque non incipientes, in merè Gallicis, ſemper quieſcunt, ut: tresbon, effertur trebon, diſcourir verò peregrinum ex Latino diſcurrere permanet, ut ſcribitur ita & legitur.

VI.

26. Præter liquidas quatuor: L, M, N, R, & duas mutas C, F, in fine dictionis omnes conſonantes, ſequente alia conſonante, abſque diſtinctionis nota interveniente, reticentur.

NOTA.

27. Unica heic vocala pied, h. e. pes, exicipitur, illa enim quacunque litera ſubſequente, ſemper abjicit D.

REGULÆ EJUSDEM SPECIALES.

I. DE VOCALIBUS.

A.

28. Hoc eſt vel mobile, vel immobile.

Mobile, eundem ſonum, qui Latinorum, retinens vel longam efficit ſyllabam vel brevem.